

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 835

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

345

HERMENEUTICI

346

in scriptum: *Allegoria de supra- Matthaeo datur:*
dictis. Passionis tamen initium

Juxta matheum domini sacra passio christi &c.

Distichon ult.

Doctrinae meae doceatis iussa. manebo
Vobiscum. donec uita sit ista manens.

Cui adiecit rubro Librarius: *Explicit liber aurore.*

Hic liber est scriptus qui scripsit sit benedictus:
Larga fauore dei gratia detur ei.

Abfunt itaque ab hoc Codice *Actus Apostolorum*, variique illi *Prologi* et *Epilogi*, quos in superioribus Exemplis indicavimus; neque manus admodum correcta est. Hoc tamen non obstante et istud ad restituendam penitus *Petri de Riga Auroram* *συμβολων* suam conferre possit.

Exemplum *Aurorae Petri de Riga* five Paraphraseos metricae Bibliorum. Initium hic ducitur ab illo Prooemio: *Omnis scriptura diuinitus inspirata &c.* Sequitur illud: *Frequens sodalium meorum petitio &c.* Tum: *Incipit prologus illius (Aegidii Paris.) qui hunc librum correxit de suo suppleciones apposuit. Fraterne caritatis quasi quandam sapit dulcedinem &c.* Hactenus Profaica. Succedunt: *Verfus cuiusdam canonici de sancto mariano antisiodor. premonstratenfis ordinis.*

CXXX. VIII. 9. 6

583 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 203. 4. minuto sed eleganti caractere perscriptus, rubricisque decoratus est Sextum

Stringere pauca libet bona carminis huius et ipsum &c.

Mox: *De utilitate legendi hunc librum.*

Nil homini melius quam si diuina legendo &c.

Dein:

Scire cupis lector quis codicis istius auctor &c.

Y 3

De

347

C O D I C E S

348

Demum ante ipsum *Petri* Exordium rubro legitur:

*Dulcius ut saperet modulamine condita metri
Incipit hic rige bibliotheca petri.*

Exorditur *Petrus*:

Initium mundi quales ab ordine (origine) prima &c.

Sequuntur tria illa Disticha: *Primo facta die &c.* inscripta rubro:

Epilogus brevis est ad quem Sequitur narratio. Hujus initium:

Principio celum terramque creasse refertur &c.

Vides igitur, in hoc *Codice*, quamvis non eodem ordine, adesse omnia *Aurorae Pagegya*, quae in prioribus V. *Exemplis*, praeter Hexametricum illud 56. Versuum, quod infit: *Auctoris mendico stilum &c.* quodque nec in omnibus iis *Exemplis* comparet. Ordo deinceps Librorum Biblicorum hic est: *Pentateuchus, Josue, Judices, Ruth, Libri Regum* infertis ante *Quartum Canticis Canticor. Tobias, Esther, Judith, Job, Daniel*, iterum *Judith* et *Esther*, sed illa 10. haec 7. Distichis sub finem mulctata, demum *Machabaei*. Novi Testamenti haec ratio est. Post *Prologum*, qui incipit: *Post legem ueterem respira Petre &c.* habetur *Historia* e quatuor *Evangelistis* coadunata, infertis laudibus *Mariae* Virg. et variis de *Herode* e *Fl. Josepbo*, tum *Historia Apostolica*, ad cujus calcem: *Explicit uetus et nouum testamentum. Incipit prologus super recapitulationes. Ut Cod. CXXV.* nisi quod Miniator in Inscriptionibus peccavit. Adjectum etiam

Aegidii Paris. επιφωνισμα: His te petre tui merito mediante &c. Unde adparet *Codicem* hunc inter X. *Caesareos* plenioribus adnumerandum, quamvis mirari merito quis debeat tantam Librariorum in ordinandis Operis Partibus discrepantiam.

CXXXI. VIII. 9. 10

Codex membraneus lat. Sec. 592 XIII. Folior. 104. 4. luculente scriptus, rubricisque interstinctus est Pars Posterior Bibliorum Metricorum, sive *Aurorae Petri de Riga*, cujus plura jam Exemplaria dedimus. Complectitur vero praefens Librum *Tobiae, Danielis, Judith, Esther, et Machabaeorum*, quos excipiunt absque inscriptione *Recapitulationes* illae *utriusque Testamenti*, quae per partes certam aliquam Alphabeti literam ita excludunt, ut in primis 10. versibus nullum A. in sequentibus 14. nullum B. compareat, et sic de ceteris; id, quod in margine minio diligenter ad-